

ῥητορικῆς

Synodi-Freibergensis

RHETORI

VIRO

Reverendo, Clarissimo

D. M. JOHANNI

Reinhart Jacobbeern /

Animarum

JESU CHRISTI.

in

SAIDA-SCHÖNBERGICA

Upilioni-Principi,

Jacobæ

VIDUARUM

Episcopos

Interpreti

diserto

L M 2

A.

FAutores-AMICI.

Freibergæ

Stanno Beutberio.



A P P L A U D U N T V I D U A E : verbum non am-
plius addo,
Carthago Vidui, Phile diferte, chori.

ἀδολώτατα

Add.

Ephorus

Sebastianus Gottfried Starck/
SS. Theol. Doctor.

Q Væ svadela Tibi, quæ sit facundia lingvæ,
Quiq; lepos, non me, mi J A C O B Æ E, latet.
Id meritò tua SAIDA notat mirata, stupensq;
Te gerit inq; oculis, Te gerit inq; sinu.
Nec dubito, ut vidit quoque Te FREIBERGA docentem,
Ivit in applausus officiosa tuos.

Dn. Sympatriotæ ac Amico suo

longè charissimo

f.

Christianus Reinhardus, D. Pastor
& Superint. Pirnensis.

Hic miseræ Viduæ, Viduarumq; Orphani adeste,
Sacrum hic Solamen divite fonte fluit.
Hic Pater & Tutor, vestris confidite rebus,
Sollicitus vobis hic Pater ipse DEUS.

M. Benjamin Starck / Eccl. Mitt-
Weid. Pastor & Diœceseos Chem-
nicensis Adjunctus.

Edere

Edere Sancte labor, viduas solare dolentes,
Nec tamen ingratis, edere sancte labor.
Ipse Tuum Autorem pollicâ mercede Jehova
Induet, atq; Eius non vidua Uxor erit.

Fridericus Starck / Eccles.
Cathedr. Archi-Diaconus.

JACOBÆB, sacri radiatile sidus Olympi,
Præfulgens Claridum Fax, Charitumqve Jubar,
Quem modò præsentî *purum* meletemate *cultum*,
Pro Viduis svadâ melliloqvente refers,
Pastorum Viduæ lacrimis, oscisqve coronant,
Teqve locant rutili celsa sub astra poli.
Optantes, *nunquam Vidua ut tua inaudiat uxor,*
Quodqve & ego penito comprecor ex animo.

M. GABRIEL SCHLEIFFENTAGIUS.

Ad Per-Reverendum

Dnm. M. Jacobæum Con-fratrem
in Christo venerandum.

PRO viduis *dum verba facis solennia*, Fratrum
Concilio *multum* Frater amate sacro,
Ne viduos linqvas precor orbatosq; parente,
Nec viduus viduos experiare lares;
Sed ve ges usq; habeas vegetis florentia lecti
Germina, florentem & cum Genitrice domum!

Προσφώνημα ὀλοκαίριον

Ottonis Benewitzens / Freib. ad
D. Nicol. in patr. Ecclesiast.

A 2

Ad

Ad
Plurim. Reverendum, Clarissimum,
atq; Doctissimum Dnm Autorem,
Amicum suum & in C. J. Fratrem
coniunctissimum.

Nemo TIBI Viduarum pro solamine, nemo
Quanta Tuus meruit præmia Sermo dabit.
Ipse TIBI Orborum Viduarumq; omnium ab altò
Quæ meruit mittet præmia, Sermo, Parens.

ἀντιφρασί
Freibergæ

M. Bartholomæus Glaser/
Symmysta Petrinus.

Epigramma super Concionis thema.

Matre orbis & patre, Deus materqve paterqve est.
Hoc Patre næ vidua est quæqve marita pio.

Si præstò pater esse neget, si commoda mater,
Numen amat præstò mater & esse pater.

Sic quoque Relligio est pupillis esse saluti,
Et viduis pressis candida jura dare.

Laudatè qui tendit iter per lubrica vitæ,
Simplicitate DEUM candidiore colit.

Hæc pura ratio, hæc solers custodia vitæ est.

Quæ negat hoc, frons est frontis egena piæ.

Dum, Reinharde, doces synodaliter ista vocatos

E Cathedrâ purum nomen & omen habes.

Quid? quod nos docuit Jacobus Apostolus olim
Jacobæe, doces ore operâqve tuos.

Quidqve Tibi hinc veniat, quid Nobis commodi, abundè
Differis, ingenii non sine honore Tui.

Quis

Qvis non Jacobi Te numine Flaminis actum
Prædicet, & factum ter benè terqve canat?
Perge pias animas animare, fac haustibus æthræ
Nectaris hinc saties, ambrosiâ inde cibes.
Non est, invidiæ metuat quòd agemata tristis,
Qui bene, quique piè, quod docet, ipse facit.

scrib.

M. Augustus Cademan, Pirnæ.

Περσφώνηα ad Jacobæum

STella Jacobæa es, FRATER, quæ lampade trinâ
Clarum præprimis Lumen ab Axe micat.
Tu quoq; conspicuè stas Freibergensis Orion.

Lampas trina micat; Pellege, Charta docet.

Ars sacra, Svada sacra & dein sacra Modestia sacrum

Quæ ceu stella solet nobilitare Virum.

Cum Forti fortis sis, fortiter utere Forti,

Ad fortem Jesum dum benè fortis eas.

*M. Christianus Stolck/Diaco-
nus Pirnensis.*

Quod breviter docuit Jacobus Apostolus olim, Jac. I. V. 27-
Quodnam sit puræ religionis opus,

Docta Jacobæi nervosè concio monstrat

Pluribus, & nomen vitaq; monstrat idem.

Scilicet ut viduis Johannes quisq; sit aptus

Tristibus, & Reinhard nomine req; simul.

Inde Jacobæi veracis nomine digni

Reddimur, & grati possumus esse Deo.

Præcipuè verò titulo hoc fabricator opellæ

Hujus ut eximiæ condecorandus erit.

A 3

Talis

Talis enim verè est, dum textum ritè Jacobi *quasi Jacob
Explicat, hocq; modo se beat, atq; suos. * beans.

Dn. Vicino Fautori & amico Sincero f.

*M. Jacobus CUB/ Pastor in Sraw-
enstein Ephoria Freiberg. Adjunctus.*

DEbita quæ viduis rectè solvenda misellis,
Concio habet doctis hæc resoluta sonis.

Hæc solvat quicumq; Deum veneratur amore,

Cui gratis solvet præmia grata Deus.

Sit DOMINUS Clypeus viduis, sit Solq; misellis

Cunctis, sitq; Pater: quæ mea vota sient.

*Gabriel Ursinus, Reinharts-
grimmens. Pastor.*

Lugentes Viduas charisq; Parentibus orbos
Visere Consiliis subsidiisq; piis,

Sincerae Pietatis opus summum ante Jehovam,

Divi Jacobi pagina sacra refert,

Jacobæus idem hoc Rbetor Synodalis ad ungvem

Quod pridem svadâ mellifluâ docuit;

Cunctis nunc offert nobis præsentè libello,

Ut maneant scitè-dicta relecta diu.

Dicta hæc & Synodi Decreta Jehova secundet,

Quò firmò perstent non labefacta pede!

Sic viduis nostris aliquid præstabitur olim

Subsidii; à terris nos revocante DEO.

Honoris & boni ominis ergò rogat. scrib.

*M. Godfridus VVitschelius, Nossensi-
um Pastor & Diæces. Freiberg. Adj.*

Ad plurimum Reverendum &

Clarissimum Dn: Concionis Autorem,

Dum satagis Viduis Te demonstrare Patronum

Et

*Et voce & calamo, laude canenda facis.
Nam cum sit summus Viduis Deus ipse Patronus,
Præclarum hoc opus est, dico proboq; Tuum.
Perge igitur sanctam Viduarum querere curam,
Et sic Jova Tibi præmia larga dabit.*

ἐχεδίασε

Christophorus Knorr / Plaviâ Vari-
scus, Pastor in Neuhausen / ætatis
Anno 70. Ministerij 43.

Ἀγαθῶν θύλασαν!

FRaternam celebrat Synodum FREIBERGA. Quis ejus
Os? JACOBÆUS, SAIDIS, agalma tuum.
Præside STARKIADE, tantò applaudente Senatu
Pastorum, qvale est, dicere verba, decus?

PIRNÆ d. 17. Septembr.

∞ ISC LXI.

M. Tobias Petermann / P. L. Cæs.
Schola ibid. Rector.

PRæconum VIDUIS relictis tmemata scripsit
Præco perdoctus. Hæce legas VIDUA
Præconis verbi. Scriptum hoc solamine abundat.
Elogio dignus Lector & Auctor erit.

*Præconi verbi divini apud Saydenses
vigilantissimo, Compatri & c.*

facrabat

M. Johann. Georgius Wagner /
Præco verbi in Claußnitz.

Quis

Quis status est *Vidua*, personaq; *q̄ualis*, *Amice*
Percare, illustrent verba relata *Tua*,
Veram ais aut *viduam*, quæ desolata manebit
Sperando in *summum* nocte dieq; prece.
Hinc voveo *Vidua* ut non fiat mox *Tua Costa*
Cui *Deus* at *veræ VIR, PATER, ACTOR* erit.

Theophilus Glaser / Pastor in Zetha.

Qualis religio viduas sit visere moestas,
Suada *Jacobæi* non sine laude docet:
Hinc ego quid fausti non augurer? *Ejus Jova*
Uxori & proli Tutor & ipse Pater.

Isaac Starck / Scholæ Dresden-
sis Collega.



faciendæ

M. Johann Georgius Starck
Præco verbi in Clausura

ein-
ssen;
vont
n kant
eiligen
licher
/ wie
chsen/
nmer
t auch
nderm
keit be
it mit
gieren
1. 75.
es liebe
getreue
eifheit/
glich
ch sey
immel
erden!
ts / wie
ebe und
3 und
d die
en ge

Synodi-F
R H I
Reveren
D. M. JO
Reinhart
Ani
JESU
SAIDA-SO
Upilioni
Ja
VID
E
Int
L
FAUTO
Fr
SEAN
als Adjunctus
Facts

